

Teil A: Übersetzung

**FERNWEH – EIN GRUNDZUG DES MENSCHEN**

*Seneca äußert sich in einem Brief an seine Mutter Helvia zum Thema Heimat und Fremde. Dabei geht er zunächst auf die Umstände in Rom ein:*

Aspice agedum<sup>1</sup> hanc frequentiam, cui vix urbis immensae tecta sufficiunt:  
Maxima pars istius turbae patria caret. Ex municipiis et coloniis suis, ex toto  
denique orbe terrarum confluerunt: Alios adduxit ambitio, alios necessitas  
officii publici, alios imposita legatio, alios luxuria opportunum et  
5 opulentum vitiis locum quaerens, alios liberalium studiorum cupiditas,  
alios spectacula; quosdam traxit amicitia, quosdam industria; quidam  
venalem formam attulerunt, quidam venalem eloquentiam. Nullum non  
hominum genus concucurrit in urbem et virtutibus et vitiis magna pretia  
ponentem. Iube istos omnes ad nomen citari et, 'unde domo' quisque sit,  
10 quaere: Videbis maiorem partem esse, quae relictis sedibus suis venerit in  
maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen suam.

Deinde ab hac civitate discede, quae veluti communis potest dici; omnes  
urbes circumi: Nulla non magnam partem peregrinae multitudinis habet.  
Transi ab iis, quarum amoena positio et opportunitas regionis plures adlicit;  
15 deserta loca et asperrimas insulas percense: Plures tamen hic peregrini  
quam cives consistunt.

Invenio, qui dicant inesse naturalem quandam irritationem animis  
commutandi sedes et transferendi domicilia. Mobilis enim et inquieta  
homini mens data est, nusquam se tenet, spargitur et cogitationes suas in  
20 omnia nota atque ignota dimittit, vaga et quietis inpatiens et novitate rerum  
laetissima.

---

193 lat. Wörter

<sup>1</sup> *agedum*: wohlan denn, auf!

## Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Neben Seneca setzen sich auch andere antike Autoren literarisch mit (un-)freiwilligen „Reise“-Erlebnissen auseinander.

- a) Ordnen Sie die folgenden Zitate jeweils einem der nebenstehenden Autoren zu (z.B. 4 – F). Begründen Sie Ihre Entscheidung in einem Fall auch anhand eines spezifischen sprachlichen Merkmals des entsprechenden lateinischen Zitats. 4 BE

- |  |                       |
|--|-----------------------|
| 1. <i>perdiderint cum me duo crimina, carmen et error</i>  | A) Caesar             |
| 2. <i>cum id nuntiatum esset, maturat ab urbe proficisci et<br/>quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit</i> | B) Cicero<br>C) Nepos |
| 3. <i>itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam<br/>diuturnamque memoriam nominis mei relinquerem</i>        | D) Ovid<br>E) Plinius |

- b) Erläutern Sie für zwei der angegebenen Beispiele die Hintergründe, die zu der „Reise“ führten, und geben Sie jeweils deren Bedeutung für die Vita der Verfasser an. 4 BE

- c) Verfassen Sie zu einem der Beispiele für eine moderne Zielgruppe eine kurze Annonce, in der Sie eine Reise zum entsprechenden Zielort bewerben. Berücksichtigen Sie dabei auch den Zweck bzw. die Ursache der „Reise“ in der Antike. 2 BE

2. In einem bayerischen Wallfahrtsort findet sich in einer Kapelle eine lateinische Inschrift, deren Übersetzung wie folgt lautet:

*Hier wird Aldegundis verehrt, eine heilige Jungfrau. Du willst mit  
göttlichem Beistand<sup>1</sup> leben? Dann wende dich im Gebet an sie!*

- a) Rekonstruieren Sie die lateinische Inschrift aus den nachstehenden Bestandteilen metrisch korrekt in Form eines elegischen Distichons. 4 BE

ALDEGVNDIS – SACRA – SVPERNIS – COLITVR – HIC – VIRGO  
HANC – VIS – PRECE – QVAERE – REMIS – VIVAS – TVÄ

- b) Erschließen Sie das Entstehungsjahr der Inschrift. 1 BE

*Bene eveniat!*

---

<sup>1</sup> *remus,-i*: Ruder; (*hier:*) Beistand